



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Henōtikon siue Pacificatorivm Dissecti Belgii**

**Afhakker, Aegidius**

**Vrsellis, 1618**

Pars Secvnda. In qua status Controuersiarum quæ Remonstrantes & Contra Remonstrantes in Belgio exagitant explicatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64709](#)

## HENOTICI DISSECTI BELGII

### PARS SECUNDA.

In qua status Controversiarum quae Remonstrantes & Contra Remonstrantes in Belgio exagitant expli-  
catur.

**V**T igitur quas hactenus vñcunque delineauimus, turbarum fundamentum clariū paulò à peritoribus possit intelligi, visum est præcipua quæstionum capita penitiū paulò hic intueri. Ad quod commodissimè nobis seruire posse videntur istæ, de quibus circa finem præcedentis partis diximus, tūm VValachrianorum tūm Leydensium epistolæ: cùm eum in fine ut statum controversiarum dilucidè ac breuiter explicarent, ad exterorū sint transmisæ.

Itaque VValachri hoc modo suum institutum ordiuntur: Tamet si porro (aiunt) nouæ indies cōtrouersia suppululent, quæ ex immoderata disputandi licentia natæ in vulgus paulatim se insinuant, quibusque incredibilium malorum seminaria succrescunt; astuare tamen præcipue

cipue videmus Remonstrantes in defensione capitulo eorum de quibus ex decreto Ordinum Hollandiae Anno Christi 1611. Hage Comitis, conquisitio instituta fuit. Referuntur autem haec capita ad quinque locos, qui sunt de Prædestinatione, de morte Christi & liberatione per eam prædicta, de corruptione hominis & libero arbitrio, de operatione saluifice gratia, de perseverantia Sanctorum.

## DE PRÆDESTINATIONE.

**C**IRCA primum caput, de Prædestinatione scilicet, Vvalachri his verbis Contra Remonstrantium (in quibus sua nomina etiam profitantur) sententiam exponunt. Deum ab æterno secundum beneplacitum immutabile voluntatis sua, aliquos ex corrupto hominum genere mera benignitate in Christo IESV segregatos, eiusdemque beneficio quando ipsi liberet fide ac regenerationis spiritus donandos seruare decreuisse ad laudem gloriose suæ gratiæ, reliquis verò arcano iustoq; iudicio præteritis, & in peccatore relictis, propter hoc ipsum peccatum inferre damnationis pœnam ad tolerantie iustitiaeq; sua declarationem. Remonstrantes suam sententiam exponunt quatuor distinctis Dei decretis quorum primū est, quo Deus misereri volens generis humani in misericordiam prolapsi si qua per iustitiam & veritatem suam

suam, quas aduersus peccatorem declarari erat  
conuenientissimum fieri posset ratione, ex sapien-  
tia sua præscripto decreuit Filium suum piacula-  
rem victimam hominibus dare, quo peccatum  
morte sua aboleat aeternamq; denuo redemptio-  
nem sanguinis sui merito impetrat, etiam ius ob-  
tineat impetratam salutem homini potenter co-  
ferendi. Ab hoc Filio Iesu Christo & gratiose Pa-  
tris in peccatorem affectu utri in exequendore-  
dempcionis negotio sit, salutis quoq; nostra ab  
eterno præordinata caput fontem originemq; ar-  
cessimus. Neq; enim non pænitendum de conferen-  
da actu salute propositum Deo ratum fuisse cre-  
dimus, nisi præmisso à sapientia Decreto, quo iu-  
stitia ob peccatum commissum sanguine Mediæ-  
toris consultum voluit.

Secundum Decretum est, quo Deus iurta  
ta iam per carnem lege & abrogato Fodere pri-  
mo, ex sapientia sua præscripto decreuit actu ipso  
ingratiam recipere & salute donare quotquot  
in Iesum Christum vera & per charitatem effi-  
cace fide ad vita usq; finem essent credituri: eos  
vero sub ira derelictos damnare, qui impeniten-  
tes in infidelitate ac peccatis suis essent perseue-  
raturi. Quod decretum sicuti præcedens illud exi-  
gebat, ita sequenti necessitatem dedit.

Est autem illud tertium, quo media ad fidem  
& resipiscientiam necessaria eo ordine, ijs gradis  
bus, eo gracie sufficientis demenso & ea efficacie  
virtute conferre proposuit, prout sapientia ad  
reddendum.

reddendum hominem inexcusabilem, & declarandam seriam Dei in conuertendo quolibet homine voluntatem abunde satisfore iudicavit.

Quibus decretis naturae ordine (neque enim hac temporibus discriminamus) premis, non potuit non subsequi quartum illud cuius hic mentionem faciunt VV alachri, de saluandis ijs sigilatim, quos per Sp. sui gratiam in Christum credituros praeuidebat, ijs vero a salute arcēdis quos imp̄enitentes incredulosq; ad vitæ terminum fore præsciebat. Hoc siquidem detretum, presupposita fidei & infidelitat̄ prescientia, sub secundo tanquam singulare sub suo vniuersali subsumitur, & ex eodem consequentia necessitate insallibili ducitur.

Arguunt porro Remonstrantes VV alachianos quod Contra-Remonstrantium sententiam in ista sua descriptione nec satis fideliter nec satis clarè explicaverint. Non sūdiliter (aiunt) quia obiectum Electionis hic statuuntur peccatores in lapsu considerati. At unde constat VV alachri hanc esse Contra Remonstrantium sententiam? quum uno ore in collatione Hagienſi directam super hanc responsem detrectauerint, imo ne quid de obiecto Electionis sentirent, declarare necesse haberent, libello supplece apud Holl. Ordines contenderint. Quin potius ex aduerso nobis constat primarios Contra-Remonstrantium cum Caluino, Beza, alijsq; Electioni

Eioni substernere hominem non in lapsu consideratum, sed ut condendum adeoq; creationem & lapsus permissionem, ut media exequendi decreta prædestinationis utriusque ad vitam & ad mortem intueri.

Dinde in collatione Hagienſi disputatum non fuit de reprobatione, subterfugientibus huius questionis inuidiam Contra Remonstrantibus, ut quorum alij peccati ac lapsus intuitu, alij circa nullum lapsus, nedium subsecutæ infidelitatis intuitum, hominum maximam partem reprobatam à Deo crederent. Quod non satis dilucide; sic probant: Tanta enim in his phrasibus; in Iesu Christo segregatos: in peccato relictis; & propter hoc ipsum peccatum inferre damnationis pœnam; sensuum est ambiguitas, vt eam quoque admittant interpretationem, qua admissa à priori Remonstratum sententia vix differat hac ipsa Vvalachorum de Prædestinatione declaratio.

Deinde Vvalachri insigniora aliquot dissensionis circa hanc materiam capita subiiciunt. Primo (inquiunt) cōtrouertitur de causa Prædestinationis impulsu. An hæc statuatur rectè solum voluntatis diuina beneplacitum, Noſtri aiunt: Aduersarij licet verbis affirmare videantur, reipsa tamen negant. Volunt enim fidei & infidelitatis prævisionem decretū prædestinationis ordine antegressam esse. Hic Leydenses illos arguunt quod ex consequentijs quas ipsi se invitis ex doctrina sua inferunt, aliā mentis, aliam

aliā oris esse Remonstrantium professionē dicant: Quanquam enim (aiunt) statuamus fidei & infidelitatis praevisionem decretum Prædestinationis ordine antegressam esse, & priorissim præscientia hoc decretum inniti, necdum tamen euincitur, causam impulsam istius decreti non esse solum Dei beneplacitum. Contrapoñūs, cum solius diuini beneplaciti sit saluare velle quosvis credituros, condemnare quosvis non credituros, nec illa huius decreti extra Deum in creaturā causa inueniri posset, utiq; solius quoque beneplaciti erit in singularium Prædestinatione, que sub universaliori isto decreto subsumitur, Petrum crediturum saluare velle, & Iudam non crediturum condemnare. Neq; enim huius decreti causa impulsua est, vel fides, proprie loquendo, Petri, vel Iudei infidelitatis, sed liberrima Dei voluntatis, volentis talis persona misereri, talis non misere-ri. Quid quod ex ipsa Contra-Remonstrantium sententia Decretum iustificationis singularium non sit nisi fidelium, & fidei præscientia innitatū, nec tamen propter ea fidem huius decreti causam impulsuam unquam dixerint. Cur ergo non eodem modo de electionis decreto loqui licebit, non esse illud nisi fidelium, nec tamen fidem esse impulsuam causam. Damus tamen fidem infidelitatemque conditiones esse sine quibus nec hunc salvare, nec illum praterire ex proprio beneplacito perfidum fuit Deo. Sicut ergo Contra Remonstrantes beneplaciti esse volunt, quorum individuum

Deum

Deum misertus fuerit, quorum non, ita nos qualiter  
individuorum, qualium non. Vnde apparet minimè  
nos absolutam in Prædestinationis negotio volun-  
tatem negare, sed agnoscere potius. Absolutæ enim  
voluntatis esse arbitramur, Decretum illud v-  
niuersale, de fidelibus saluandis, infidelibus  
reprobandis, in quod resolui semper necessum  
est Decretum de singularium salute & damnati-  
one, ex fidei infidelitate issue præscientia quod con-  
ditionatum reuera est, quia sine harum conditio-  
num præscientia nec Decretum de saluandis qui-  
busdam singularibus, nec de prætereundis alijs fa-  
turus unquam fuisse Deus. Nec hoc ipso volun-  
tatem Dei à causis mediis ordine posterioribus de-  
pendentem facimus, cum fidem, infidelitatemque  
non ut causas istorum decretorum propriè dictas,  
sed ut conditiones à Deo præscitas considere-  
mus, ideoque non ordine decretis istis posteriores,  
sed secundum rei naturam in Dei mente pria-  
res.

Secundum punctum quod in controuer-  
siam venit (aiunt Vvalachri) est, quodnam  
Prædestinationis obiectum statuendum sit. Nam  
aduersarij contendunt, Deum in decernendo con-  
templatum fuisse homines quos eligebat non mo-  
dò ut iam conuersos & fidè præditos, sed etiā per-  
seueraturos in eadem fide; quos abiiciebat, vt im-  
pœnitentes & incredulos, aut certè à fide ac pro-  
bitate defecturos, nunquāq; ad meliorem mentem

N ne qui-

ne quidem per oblationem sufficientis gratian-  
uersuros. Contra nostrorum sententia est, Deum  
considerasse homines, quos eligebat, quosque pre-  
teribat, ut lapsos in Adamo, in peccatis mortuos.  
ræ filios natura, nec præuidere in hominibus pos-  
uisse, nisi quod electionis iam prius largiri aliquon-  
aut desertionis consilio non tollere ex aliis con-  
stituerat. Quamvis verò in ipsa re nobis con-  
natur cum iis, qui statuunt DEV M intuimus  
esse genus humanum aut singulariter, ut con-  
dendum citraq; peccati rationem, aut communi-  
ter, prout ipsi totus illius status ab eterno fuit  
infallibili certitudine expositus ( siquidem in  
hanc sententiam conspiramus omnes, nibil quod  
in homine DEVS præuiderit decrevi opus  
causam existere potuisse ) nostri tamen eos  
sequi maluerunt, qui hominem in Adamo la-  
psum & peccato perditum obiectum Prædesti-  
nationis statuunt. Præterquam enim quod hu-  
sententia facilius expediendis difficultatum  
& erudiendis rudioribus, & obloquentium  
tulantiissimis vocibus cohibendis magis accom-  
modata sit, Confessionis etiam Belgice, qua  
& Anglica & Gallica calculis suis firmam  
vestigii insistit. Respondent ad hæc Ley-  
denses: Controuerti solet an Prædestinatio-  
nis obiectum sint homines indefinite & com-  
muniter considerati, ut i voluit L. Trelcarius  
an condendi, ut i CALVINO, & BEZAE pla-  
cuit, an ut saluabiles, damnabiles, creabile-  
labiles,

labilis, reparabiles, vii Doctoris F. Gomma-  
ri habet sententia: an ut conditi, sed in puris  
naturalibus considerati vii visum F. Iunior:  
an ut lapsi iam, vti Vvalachri: an vero ultra  
ut vocati & credentes, aut vocationi non ob-  
temperantes, vii Patribus priscais ante AVGV-  
STINVM, MELANTHONI, SOHNIO,  
& IACOBO ARMINIO alijsque probabili-  
us visum: Deinde aiunt se etiam in il-  
lam sententiam conspirare, nihil quod in  
homine DEVS prauiderit Decreti istius cau-  
sam existere potuisse. Sed tamen ( subdunt )  
oblii hic videntur fratres Vvalachri eorum, quæ  
iam ante scrisseré, nimirum: Decreuisse De-  
um quibusdam inferre damnationis pœnam pro-  
pter peccatum. Hic enim meritoriam istius De-  
creti causam peccatum faciunt, & illud in ho-  
mine prauisum. à quo cum multis parasangis  
discendant q̄, qui hominem in Prædestinatione,  
aut ut condendum singulariter, aut commu-  
niter considerant & indefinite, utique non cō-  
sentire in ipso are, nedum in illo dogmate: Nihil  
prauisum in homine Decreti istius causam esse  
potuisse; sed maxime dissentire nobis videntur,  
in tantum quidem, ut posteriores priore sen-  
tentia DEVM insipientia argui, priores po-  
steriore DEVM iniustitia insimulari contem-  
nent. Quod si vero prior, quæ in lapsu ha-  
ret, vestigii, ut hic dicitur, Confessionis Bel-  
gica, Anglicæ, & Gallica insistat, utique po-

sterior ab illis Confessionibus recedet, maximum  
hic iterum inter illas sententias appareret discrimen.  
Sed aut hic Contra-Remonstrantibus in sua, et  
Uvalachris in Contra-Remonstrantium causa-  
quentibus fides deroganda. Illi enim ab Ecclesia in-  
formata quicquam super hac re statutum esse in-  
gant, imo questionem illam dicunt excedere limi-  
tes Confessionis & Catechismi, hi vero ad Confes-  
sionem Belgicam, Anglicam, & Gallicam prouocan-

Tertium punctum considerandum dicunt  
esse V Valachri de ordine fidei, sicque suam  
ponunt sententiam: *Nostri fidem ex Electione*  
*beueficio promanare, ac proinde medium esse subor-  
dinatum decreti illius executioni, neque tamen*  
*hinc consequi, infidelitatem eiusque fructus repro-  
bationis effecta esse: hac enim Deum quid fieri ab*  
*homine spontaneam voluntatis sua motionem se-  
quente non coacte, sed voluntarie ac iustissime per-  
missurus esset; Electione vero quid ipse esset in homi-  
ne per Spiritum suum operatus sapientissimamente  
creuisse. Leydenses sic suam subiungunt: si-  
dem ut quipiam antecedens Electionem in me-  
Dei eligentis, quamque ut praestitam prauideri si-  
cideramus, fructum vero consequentem & mai-  
executioni prioris decreti de singularium Elec-  
tione subordinatum esse negamus. Agnoscamus tamen  
fidem consequens, effectum & fructum dici posse.*  
*Decreti istius generalioris de fidelibus saluandis,*  
*fidelibus condemnandis, cum ex hoc decreto con-  
rendae fidei suauit necessarias, ipsa vero fidei colla-*

extertio decreto de mediorum ad fidem impetrans  
dam administratione. Quando vero Deum in Re-  
probatione decreuisse aiunt, quid fieri ab homine  
sunt aneam voluntatis sua motionem sequente, non  
coacte sed voluntarie, ac iustissime permisurus es-  
set; nec ex Contra-Remonstrantium sententia, nec  
consentaneo loquuntur. Non ex Cōtrā-Remonstrā-  
tium sententia; Hi enim in Collatione Hagienſi  
quid de Reprobatione eiusque effectis sentiant,  
exponere detrectarunt, licet eorum non pauci &  
scriperint iam ante, & scribant etiam nunc (ut  
i fra domōstrabitur) fructus reprobationis esse cre-  
ationem reprobatorum, desertionem sue gratia sub-  
tractionem, excacationem & indurationem, perse-  
uerantiam in peccato: addo etiam hac ipsa effecta  
reprobationis ab illis vocari & κατὰ τὸ ἐντονόν & <sup>1. secun-</sup>  
κατὰ τὸ διάροιαν. κατὰ τὸ ἐντονόν quia Beza, Po- <sup>dum ver-</sup>  
lani, Perkinsi, Wittakeri, Bircani aliorumque hoc cūdum  
affirmantium voces, suffragio suo cōprobant: κατὰ sensum  
τὸ διάροιαν, quia qui infidelitatem fructum vocat  
reprobationis, annon eius effectum esse pariter ag-  
noscit? qui Deum voluisse contendunt, ut peccare  
homo, ut incredulus esset ac contumax, quo viam  
sibi ad ipsorum iustum condemnationem sternat, &  
eundem Deum non permissiūe solum ad peccatum,  
sed ēvērytūm concurrere; annon īμφατiūm satis  
hac ipsa peccata reprobationis effecta esse significat <sup>1. efficaci-</sup>  
<sup>ter. ex</sup> Non consentaneo loqui inde euidentis fit, quia presso.  
solum decretum permittendi hominem sibi, infal-  
libile medium non est exequendi decretum ab-

soluta reprobationis, cum posit a illa permissione non  
necessario, sed liberè homo peccet, hoc est, possit non  
peccare. Decreto siquidem permissionis media solu-  
modo peccatum inhibitura efficaciter suspendan-  
tur, ideoq; ex hoc diuina voluntatis immanente  
et peccandi & in peccato perseverandi necessita-  
tis nulla, quod considerantes alij, Caluinus, Bez-  
Perkinsus, quiq; hos sequuntur, reprobationis decre-  
to, non decretum permissionis solum sed & decre-  
tum efficiax de subtrahenda homini gratia, eog; exces-  
so & indurando subordinant, ne antecedentia ab-  
soluti decreti executio a libertate hominis & con-  
tingentia vlla causa secundæ suspendatur. Rursum  
inconuenientissimum nobis videtur affirmare, Di-  
um electione decreuisse, quid ipse esset in homine  
per spiritum suum operatus. Electionis siquidem  
absoluta ad salutem decreto salutis tantum, non p-  
dei decernitur collatio.

Quartum punctum circa idem caput de  
Prædestinatione controversum est, de voca-  
tione. De qua sic VValachri: Nostri vocati-  
onem hominum, quæ verbi prædicatione ex manu  
dato Domini perficitur, exequendi illius co-  
silijs medij annumerant. Quum autem de-  
cent Nostri non omnibus, quibus prædicatur  
Euangelium, donari credendi facultatem  
sed quosdam singulari Dei bonitate effica-  
ter trahi, alijs in cæcitate & contumacia  
iustè derelictis, Deum agere simulatè cum ho-  
minibus inde colligunt. Nostri contra

piunt Euangeliū prædicacionem, propriè quidem  
& principaliter electis in salutem, per accidens ramen & minus principaliter reprobis in testimoniu  
diuina ordinatione destinatam esse. Leydenses  
hoc modo: Neq; enim nobis vocatio medium est  
exequendi Prædestinationem singularium, & qui-  
dem eorū quos inside perseveraturos prauidit De-  
us. Verum decretum vocationis, quo media ad fidem  
ingenerandam necessaria administrare instituit,  
natura ordine Prædestinationis & saluandi consilio  
præmiti debere arbitramur, cuius tamen necessi-  
tatem ex priori decreto saluandi credituros quosli-  
bet deducimus. Hoc dicimus, Deum quosdam exter-  
na Euangeliū prædicatione non dignari, idq; non  
iuxta aliquid absolutū Decretum quibusdam ho-  
minib; fidem & salutem non dandi, sed propter alia  
in homine ipso latentia, nobis incognita, Christo no-  
ta, cui suum regimen est permittendum. Nam  
diuersimodam prorsus rationem esse agnoscimus  
vocandi hos, non vocandi alios. Quos vocat Deus,  
& prædicationis gratia primitus dignatur, vt  
plurimum tales esse fatemur, vt nihil minus ipsorum  
virtutes, quam hanc donorum diuinorum largiti-  
onem indebitam promereantur, nihilq; in ipso-  
rum natura dignum ista gratia reperiri possit;  
ex aduerso potius quamplurima esse, propter  
qua, si ex severitate Deo agere libitum esset, a-  
ternum tantis donis merito priuari debeant;  
ideoque non ex solo tantum beneplacito diuino

N 4

hosce

hosce externa verbi voce vocari, verum etiam in  
absoluto, nullus ab ipsis praestit a conditione quam ad  
vocationem præ exigere visum Deo fuerit. Verum  
non sub obscuris ex scriptura rationibus ac tes-  
timoniis colligi posse putamus, interdum Deum ha-  
vel illam gentem, ciuitatem, personam, Euangelii  
reuelatione præ aliis dignari, quam ipse dignus  
pronunciat non quidem ex propriæ sanctitatis agnitione aliqua, sed ex gratio sa a estimatione  
qua per naturalem legis sua notitiam. Et melius  
rem gratia communioris usum correctos nonnullos  
idoneos iudicat, quos ulteriore gratia, idque ex  
neplacito suo donet ipsis, anteferat, quos vel gratis  
semel oblati contemptores fuisse improbor, vel hor-  
rendis alsoquin sceleribus mancipatos deditosq;  
comperit. Cur vero quam plurimas gentes, ciuita-  
tes, personas hac, vel illa temporis periodo, tali u-  
tali gratia mensura non vocet, et iam liberrimam  
luntatis esse censemus, siue hoc ipsum mereri quo  
potuisse statuatur præter originalem corruptio-  
nem singularis quadam ipsorum improbitas, quoniam  
fiat, beneplaciti diuini erit talibus isto tempore i-  
tundem gratia non largiri, siue nulla huius volun-  
tatis meritoria causa singularis ex parte hominum  
dari possit quod nobis verisimile magis videtur. Ali-  
bic quidem profundas diuitias, tu sapientia, tu  
gnitionis Dei inscrutabilia eius iudicia & vi-  
imperuestigabiles suspicimus ac veneramur. At u-  
hominum quosdam nullo vita sua tempore Eu-  
gelij præconio ad salutis participationem reapsi

uitet; rursum solius beneplaciti esse dicimus, licet  
nō absoluti, sed talis, quo nō nisi veritatem in iniu-  
sticia detinentes, & reparationis semina porten-  
tosis flagitiis extinguentes, saltem non nisi ob insi-  
gne peccatum, Euangeliū sui annuntiationē desti-  
tui cupit. Et tunc causam præteritionis meritoria  
in natura hominum, siue in hominibus ipsis latere  
non inficiamur. Unde colligere est, non statui à no-  
bis semper melioribus Euāgeliū gratiam offerri, sed  
vt plurimum ea indigna, tantum absit, vt vocati-  
onis causam non in Dei beneplacito, sed hominis  
natura residere credamus. Et quamuis ante omne  
gratia auxilium, tum eius, quæ communissima est;  
& nulli non homini affulget, tum eius quæ Euān-  
gelica prædicatione definitur, & à priore sub pro-  
prio gratia nomine distinguitur, nullum fere (a-  
liquod enim à temperamento proficisci non est du-  
biū) inter gentes corruptionis discriminem appa-  
reat, tamen inscripta iam cordibus ipsorum aliqua  
Dei & voluntatis diuina notitia, similem adhuc  
esse omnium improbitatem neutram putamus.

De interna & externa vocatione ita statuimus  
vt disparatas has ex prima Dei intentione voca-  
tiones esse negemus, contra vero neminem externis  
verbi voce vocari credamus, quem non etiam  
sed suis gradibus & successibus, verbo & spiritu  
suo intus afficere, & ni hominis obfet malitia,  
reapse conuersum iri serio velit. Hanc ipsam ob-  
causam verbo prædicato spiritus operationes so-

N 5 cias

ciās facimus, & iis quoque qui effectu ipso non  
excitantur ex spirituali morte in vitam, verbum  
prædicari, dicimus spiritu viuifico minimè desti-  
tutum, intellige quo viuificari sufficienter & ef-  
ficaciter potest homo, & viuificare peccatorem  
nondum refractarum vult serio et si non absoluti,  
Deus, & viuificare iam plus minus aggressus  
est. Quoties vero docent *Contra-Remonstrantium*  
plerique Deum externa Euangelij prædicatione  
resipiscientiam ac fidem ab iis exigere, quos con-  
uersos non vult, quibusq; potentiam credendi ab-  
soluto decreto largiri noluit, nec in alium finem  
vocari reprobos, quam ut excœcentur, induren-  
tur, & ni credant, grauiorem sibi accersant da-  
nationem; ab hypocrisi hunc agendi modum vindici-  
cari non posse nostra fert sententia.

Vbi vero locorum *Contra-Remonstrantes* exci-  
piant, Euangelij prædicationem propriè quidem  
& principaliter electis in salutem, per acciden-  
tamen & minus principaliter, reprobis in testi-  
monium diuina ordinatione destinatam esse, ba-  
etenus videre non licuit. &c.

### DE SATISFACTIONE CHRISTI.

**D**E secundo principali capite sic Vala-  
chri: Docent Remonstrantes Christum ex  
proposito æterni Patris quod ipsum electionis de-  
cretum ordine antecesserit, pro omnibus indivi-  
duis hominum, tam pereuntium quam seruando-  
rum mortem appetuisse, adeoq; omnibus recōcilia-  
tione

tione cum Deo & remissione peccatorum acquistata, esse esse ut Deus citra iustitie suæ violationem, omnibus gratia ostium rursus aperuerit. Tametsi plurimi eorum per incredulitatem huius beneficij fructum non percipiant. Nostri contra Christum ex proposito aeterni Patris, quo gratuitæ electionis consilium efficaciter exequi decreuit, pro solis electis, ut verè credentibus sibi à Patre traditis morte subiisse, ac proinde Remissionē peccatorū & liberationem ijs solis acquisuisse, quibus efficaci virtute sua idem beneficiū reipsa cōmunicat. Sufficere quidem Christi mortem, quoniam ob personā dignitatem sit infiniti pretij, omnibus omnium hominum peccatis abolendis, morti tamen traditum esse tantum pro ijs, quos Pater per ipsum ab intuitu exemptos, ad immortalem vitam traducere constituerat.

Remonstrantes sotentur statū controuersiæ huius ita se habere. Hinc aiunt Vvalachri in disquisitionem venire primò: an causa suprema προνύμιον mortis Christi pertinet ad electionis decretum quo Deus ab externo suis per Christi meritum ad finem beatissimum perducendos destinarit. quod dicunt se cum reliquis Contra-Remonstratis tenere, & putare absurdum quod Deus dicitur decreuisse quomodo consilium suum exequeretur (quod fit per missionem Christi) priusquam consilium (de saluandis hominibus) ullum cœpisset.

Leyden-

Leydenses causam illam referunt ad charitatē qua Deus dilexit mundum, id est, uniuersum genus humanum tanquam suas creature. Inde aiunt, manasse primum illud absolutum decretum de Filii missione, qui sanguine suo pro peccatis satisfaceret, & aeterna redemptionis ius potestatemq; impetraret, iisque quibus visum esset Patri conditionibus salutem conferret. Quod quidem secuta sunt alia decreta, partim de his ipsis conditionibus, partim de modis ad conditionum præstationem necessariis. Deinde arguunt sententiam Contra-Remonstrantium. Primo, quod in ea Deus prius decreuisset homines filios irę saluare, quam ratione iustitiae suae satisficeret dispexisset. Secundo, quod meritis Christi nimium dergent, cum absque ullo ad passionem eius respectu peractum fuerit de peccatoribus salvandis decretum, quod aiunt valde placitum Socinianis, qui inde fint Achilleum argumentum deducturi, quod scilicet nihil absurdī contineat, dicere Deum iuste omnes prædestinatos saluare absq;ulla satisfactione Christi: si enim Deus sine Christi satisfactionis respectu voluerit eis salutem dare, ut quod iuste voluit, inste facere non potuerit.

Examinandum secundo? An ex proposito aeterni Patris Filius pro omnibus hominibus, nemine excepto, morte sustinuerit? Negant VValachri, concedunt Leydenses, vnde

vnde illi sustinent Christum omnibus pro quibus mortuus est vitam reipsa contulisse &c.

## DE LIBERO ARBITRIO.

**D**E TERTIO principali capite, scilicet, de Libero arbitrio & corruptione lapsi hominis docent nostri ( aiunt Vvalachri ) intelligentiam, cuius est obiectum monstrare voluntati, in rebus spiritualibus qua ad vitam immortalis pertinent, non solum nihil prorsus capere sine gratia administrculo; sed planè casā esse, præcipuaq; cœlestis doctrinæ capita fastidire, imo ut absurdā & falsa despicer: voluntatem, vitio in quod cecidit superatam, nonisi in malum & quidem spontaneo ac libero motu propendere. Affectus denique inordinatis appetitionibus & prauitate ad quævis sceleram impellente, vitiatos esse, nihilque in hominis anima ante conuerzionem reliquum mansisse, quā quod ipsum ἀναπολόγητον coram Deo reddat.

Leydenses primò sic hanc sententiam censem: Sed mirum quam hic sibi contradi-  
cant Vvalachri. Aiunt intelligentiam hominis irregeniti in rebus spiritualibus qua ad vitam immortalis pertinent, nihil prorsus capere, & statim subiungunt: nihil in homine reliquum man-  
sisse nisi quod ipsum ἀναπολόγητον, coram Deo red-  
dat. At hoc ipsum quid est, nisi aliquarerum diui-

narum

narū quaq; ad vitam immortalem pertinent cognitio? Deinde suā ponunt sententiā. Si enim vū constans est philosophorum sententia, radix libertatis in iudicio rationis & intellectu sit a sit, quale ratio obiectum monstrat, aut monstrare potest, tali eligit voluntas. Quare ante lapsum & boni & maliorationes edocta mens, & hoc & illud voluntati eligendum repudiandumque offerre potuit. In lapsu boni salutaris & salufici prorsus ignara voluntatem talis boni cupidine inflammare non fuit posis. In statu regenerationis, noua doctrina Evangelica cognitione donata, nec non residuum habens mali cognitionem, ad boni pariter ac malii electionem voluntatem excitare, denuo comparaata est. Post hanc vitam vero felicitatis summe particeps futurus homo, nec ullas malorum rationes in animum admissurus, solius boni amore circumscrip̄tam voluntatem habebit. Semper, itaque & in omni vita huius statu libertas voluntati essentia aliter adharet, sed talis, qua obiectum velle potest vel nolle, quam contrarietatis, alijs specificationis vocant, aut qua obiectum potest velle, vel non velle, quam contradictionis siue exercitij vocant. Veramque exercet voluntas circa media & fines non ultimos. Posteriorē solum circa finem ultimum, aut bonum in genere consideratum. Dein subdunt: Ingenuè credimus elanguisse adeò nostras vires, ut nisi eas restauraret gratia, ad salutaria bona pertingentes nequaquam possint. Nec tamen inficias inuis, arbitrii

trari nos, posse hominem vt cunque adhuc in peccatis mortuum, nec spiritu Christi regenitum, ex dictamine legis in cordibus inscripta facere ea quae legis sunt, & vt Perkinsus loquitur venire ad templū, loqui, & annūciare verbū Dei, extendere manus ad sacramentū recipiendū, item aures prabere (externas solum) nos docere cupienti, quibus veluti medijs ab ipso Deo ad cōuercionem prærequisitus; ad vberiores diuinā benignitatē percipiendas opes deducitur, aut si adhibere illa negligat, avocatio dicitur.

Circa hoc caput disquirendum dicunt Valachri de natura voluntatis: In eo quidem aiunt, inter omnes conuenit, liberè agere quicquid agit, sed hoc queritur: an eiusmodi libertas dari nō possit, nisi in voluntate quam ad bonum spirituale eligendum, quam ad malū auersandum, naturæ conditione comparata sit. Nostri tamen si fateantur homini in esse vim propinquam qua voluntas obiectum ostensum à ratione, bonique speciem habens, licet non sit verum illud bonum, liberè eligit, contraq[ue] auersatur, quod mali specie se intellectui conspicendum obtulit, statuunt tamen falli ipsos in definienda libertate voluntatis, quam propriè non ex obiectorum diuersitate, sed ex agendi modo qui coactioni opponitur metiri debemus. Liberum enim arbitrium naturaliter homini inditum manere in natura quamvis qualitate deteriori olim in Adamo mutatum sit, & meliori mutetur indies: à Christo. Respondet Leydenes

denses: Hic nec sententia nostra, nec liberi arbitrij satis se intelligentes esse ostendunt. Non sententia nostra; quia non censemus esse volatile ad bonum vel malum se inclinare posse, quin potius impossibile hoc fuit in statu lapsi, in quo boni supernaturalis & saluifici defuit cognitio, & impossibile erit post hanc vitam, in qua peccandi & malum volendi rationes probabiles menti non obuersabuntur, sed in primo statu eam fuisse disimus liberi arbitrij naturam, ut ad bonū, & ad malū se inclinare posset homo. Non liberi arbitrij: quia eius libertatem coactioni solummodo opponunt, & non nisi in spontanea voluntate suum actum inclinatione consistere autem, quae certè libertas, cum determinatione ad unum, hoc est necessitate propriè dicta sive nature optimè consistere potest. At contra saniores nostro iudicio Philosophi & Theologi libertatem voluntatis humanae opponunt necessitati ad unum determinanti, eamq; in se citra ullam huius vel illius status considerationem definiunt, voluntatis potentiam actiuam, quæ positis præ requisitis ad agendum necessariis, velle, potest, vel nolle, aut velle, & non velle, hac enim differentia ad actus vel contrarios, vel contradictorios à voluntatis libertate est inseparabilis.

Iterum videndum (aiunt Vvalachri) *Ali omnis necessitas quæ ex antecedente decreto dino manat, libertatem voluntatis, & contingentia tollat: Nostri negant, Aduersarij afferunt. Respondeant.*

Leydenses: impossibile esse etiam per absolutam  
Dei potentiam, ut vna eademq; actio positis ijsdem  
prærequisitis, propriè dicatur necessaria, hoc est, na-  
tura sua talis, vt non possit non fieri, & propriè cō-  
tingens, hoc est, natura sua talis, vt possit esse  
& non esse. Quare si ponatur actu antecedens  
aliquid decretum, quo Deus, vt illa existat, decre-  
vit, stante illo decreto, necessitatem propriissimam  
accipit & non potest non fieri. Dein subdunt: ve-  
rūm quarere libet ex Vvalachris, an dum inter ne-  
cessitatem hic & libertatem voluntatis contin-  
gentiamq; distinguunt, per libertatem intelligat  
sponte operantem & non coacte potentiam; per  
Necessitatem verò coactionem: an verò eam liber-  
tatem qua necessitati determinanti ad vnum op-  
ponitur, eamq; necessitatem, quæ indifferentiam  
illam ad velle, nolle; velle, non velle non patitur;  
aut tandem necessitatem intelligent determina-  
tam ad vnum, & libertatem à coactione. Si prius  
dicant, sequetur Primo ex decreto diuino coacti-  
onem manare; aiunt enim necessitatem eam, quæ  
ex decreto diuino manat, cum libertate consiste-  
re posse. 2. Iudeos coacte & spontaneo motu Chri-  
stum morti dedisse, & coactionem cum spontaneo  
conciliari posse. Si secundum eligant, fateri neces-  
se habent, aliam esse libertatem voluntatis, quam  
illam, quæ coactioni opponitur nimurum eam, quæ  
in actuuum suorum consistat indifferentia, & per  
consequens libertatis naturam non ex agendi mo-

O da,

do, qui coactioni opponitur, sed ex illa determinacione meritandam esse. Si tertium placeat, nullatenus nos & ipsos hic controversia nec enim diffundimur spontaneum, sive libertatem à coactione, cum determinatione ad unum stare posse, licet in electione voluntatis non concurrant, nec de hoc necessario & contingent sermo nobis sit, cum ea essentia differre scribimus. Sed de necessitate ad unum determinata, & libertate ad opposita.

Deinde inquirendum (aiunt VValachri) virum affectibus hominis nō regeniti tantum infideli quodam ad peccandum, non etiam pravitas huiusmodi quo ipsum ad odium Dei & proximi propensum efficiat, immo ad quodlibet malum perpetrandum incitat, nisi universalis spiritus gratia in ordinem cogatur. Hoc (posteriorius) nostri assertunt. Leydenles se explicant tribus propositionibus, quarum prima est & pronitatem inesse affectibus hominis nō regeniti & prauitatem. In secunda distinguunt vocem odij: Odi Deum secundum scripturas dicitur, qui mandata eius non seruat, nec voluntati eius obedit, & hoc sensu neminem non ante regenerationem Deum odij asserrimus. Odi etiam Deum ex voce odij naturali significations dici potest, qui directo in ipsam Deum cordis sui odio fertur, maiestati illius male velisque adeo ut vel ipsum Deum non esse, aut iniuria quadam iniuria affectum velit, quo sensu animes irregeniti Deum oderint non facile dixerimus. Tertia est: impossibile prorsus esse hominem ad qualibet

libet malum propensum esse si per τὸ quodlibet sin- i. Simu-  
gula malorum genera & species ἀπαξιπλῶς intel- & semel.  
ligantur: neque enim idem homo in prodigalitatis  
simil & auaritia vitium proclivius est. &c.

## DE GRATIAE DIVINAE OPERATIONE.

**V**V Alachri de hoc capite sic: Nestri sta-  
tuunt Spiritum sanctum ordinariè per  
verbi prædicationem alios quidem grauissimo cō-  
scientia & testimonio conuictos miseria sua & evançolorum  
reddere, alios verò efficaciter trahere, mentibus inexcu-  
sorū illuminatis & affectibus sanatis, adeo ut quā-  
sabiles.  
uis ex carnis sua ingenio Spiritus operationi non nisi  
resistere possint, tamen huius virtute emendati, atq;  
in aliam naturam regeniti, volentesq; facti ex no-  
lentibus, non solum credendi facultatem acceperint  
sed actu in Euangeliū obsequium se addicant, ac  
proinde vnicam fidei ac conuercionis sua causam  
Spiritus sancti gratiam agnoscāt. Leydenses hoc  
modo: De conuercionis nostra causa ea nobis sen-  
tentia est ut nec hominis ab ea voluntatem, nec  
Dei per verbum Spiritumq; operantis gratiam ex-  
cludamus, sed illam ut huic subordinatam, hanc  
ut illam prænientem semper & mouentem consi-  
deremus, viraque, licet diuersissimis modis, ad e-  
iusdem operis boni & nostri maxime concurrente. Volun-  
tate ea est causa quæ proximè & immediate vult  
bonum, eredit, sperat, diligit. Nam cum  
omnis actio ex aliqua proximè potentia emanet

Q 2 hos

hos ipsos conuerzionis actus ad voluntatem referri  
necessè est, non ad Deum, quia non Deus in Chri-  
stum credere, sperare, dolere, pœnitere dicitur,  
sed voluntas. unde fit ut hanc causam quoq; istoū  
actuum esse negari nequeat, nisi qui non hominem,  
sed Deum in homine conuersti dixerit. Verum cum  
hi conuerzionis actus altioris sint ordinis, nec val-  
at naturalis & congenita voluntatis potentia illi  
suis viribus producere, superiore & altioris quoq;  
ordinis causa opus fuit, qua voluntatis potentiam  
eleuaret, & nouas vires sufficiendo, voluntatem no-  
stram faceret posse, quod ex se non posset, nec hu-  
rantum, sed & dum facit & operatur illa, adesse,  
actumque, ut ita loquamur, comproduceret. Atque  
haec causa Deus est gratiose operans. Quare distinctè  
hic voluntatem sive hominem, & Deum sive gra-  
tiam, vt subordinatas quidem, sed non separatas seu  
collaterales causas intuemur, & secundum scriptu-  
ras & rectam rationem, solum hominem dicimus  
credere in Christum, mortificare suum veterem  
hominem, & vivificare nouum, cum timore ac tre-  
more salutem suam operari intellectu, voluntate  
appetu, singulis quod suum est agentibus, cum ad  
nullum suppositum aliud ista actiones referri possim  
præterquam ad hominem. Rursum, Deum dicimus  
solam & unicam esse causam, qua gratiose in intel-  
lectum, voluntatem, affectus influxu has potentias  
præuenit, excitat, viribusq; abude instruit ad actio-  
nū talium productionē, quas ex se, per se, à se, in se in  
eternum producture nō fuissent, nec producere po-  
tuissent.

ruissent. Ideoq; non homini eiusq; potentij accep-  
tam ferimus vel minimā conuerisionis laudem, aut  
acceptam ferri posse vel illa specie putamus, sed soli  
Deo qui vt intellectus creditu necessaria credat,  
voluntas eligenda velit, appetitus appetat, solus ef-  
fectum dat.

Circa hæc examinari volunt Vvalachri,  
Num omnes Euangelij prædicatione, conuer-  
tantur, quos SPIRITVS SANCTVS conuer-  
tere intenderat. Afferūt (inquiunt) nostri. Ley-  
denses respondent: non omnes Euangelij prædi-  
catione conuerti, quos Spiritus sanctus conuertere  
intendit, hoc est, quorum conuerisionem ac salutem  
serio, & si non absolutè vult & desiderat, & velle  
se vocis publicæ præconio declarat. Maior siquidem  
pars consilium Dei aduersus se aspernantur, & in-  
dignos se vita aeterna iudicant.

Itē. Vtrum SPIRITVS SANCTVS conuerte-  
dis tantum largiatur sufficiēs auxilium, tum præ-  
uenientiū, tum comitantis gratia, qua per modum  
assistentia, voluntatem ita excitet, & moueat, vt si  
velit, possit se ad credendi actum promouere, an e-  
tiam habitualem gratiam, qua voluntatem refrin-  
git & regenerat, non eius substantiam mutando,  
sed nouam qualitatem inducendo, veterem paula-  
tim abolendo, vnde fides & conuersio re ipsa conse-  
quantur. Posterius nostram, prius Remonstrantium  
sententiam complectitur. Respondent Leyden-  
ses, spiritum sanctum conuertendis largiri aux-  
iliū sufficient & efficax præuenientiū & conco-

mitantis gratia, qua per modum assistentia, hoc est actionis, voluntatem ita excitat & mouet, ut non solum credere possint sed & velint, licet possint non velle, & gratiam oblatam aspernari. Quod si vero per habitualem gratiam non ipsos fidei ac charitatis habitus, sed aliam quandam qualitatem efficacem intelligent, non repugnamus tale quippe in voluntatem infundi, modo à qualitate illa voluntatem non irresistibiliter determinari dicant.

Similiter de coperandi modo: Nostri (iam Valachri) patentur quidem corruptam hominum naturam Spiritus operationi perpetuo aduersari: mo donec regenerationis beneficio sanata sunt non nisi aduersari posse, quandoquidem Φορκυατος ο&ρης ἵχθεα τις διὸ à Paulo nominetur, sed negat interea adeo lāguidā Spiritus operationem esse, vt cor lapideū nō auferat, eiusq; loco carneū substituat, aliud. n. esse oppugnare, aliud expugnare & vincere Spiritus actionem: obstrepare quidem voluntatem, sed filij efficaci gratia renouatā Spiritus ductū quam promptissimè sequi. Postquam autem voluntas Spiritus sancti virtute sanari cœpit, dupliciter considerandam esse, vt regenitam, & reliquias adhuc veteris corrupteque naturae circumferentem, posteriori intuitu repugnandi vires retinere secundum priorem resistere non posse, quia in ea parte semen Dei maneat, quo sic formemur priorum corda ad rectitudinem, vt non praualeat caro, sed à Spiritu dometur, & reluctandi potentia paulatim enervetur. Regenerari enim nos in eam natu-

Pruden-  
tia carnis  
animici-  
tia in  
Deum.

ram, in qua ubi numeris omnibus consummata fues-  
erit, voluntatis libertas erit, ut scribit Augustinus,  
non posse peccare; perseverantie felicitas, bonum  
non posse deserere.

Leydenses arguit VValachros, quod non  
dixerint Cōtra-Remonstrātes docere opera-  
tionem Spiritus sancti esse irresistiblē Iem. Ipse  
questionem sic formant; Queritur num eas om-  
nipotentia vires in conuersione hominis ordinaria  
per verbum explicet Deus, quibus voluntatem ad  
actionem necessariō & irresistibiliter determinat,  
ut non possit illa actum suspendere aut contrarium  
producere. Hoc nos negamus, illi rotundē non affir-  
mant. Nec ille (subdunt) qui ex Augustino adfor-  
tur locus, nobis quicquam incommodat, sed prius  
fratrum de inamissibilitate (liceat his vocibus vti)  
gratia, in hoc vita curriculo sententiam dāmnat,  
cum Perseuerantie felicitatem, quae in eo consūlit,  
ut bonum non possit deseriri, in eum statum reiiciat,  
in quo omnibus numeris consummata erit natura  
nostra.

Deinde Vvalachri suam sententiam latius  
sic aperteunt: Consideramus fidem quatenus est do-  
num Dei, & actio hominis. Hoc respectu dicimus vo-  
luntatem se passiū habere, quoniam à spiritu Dei  
nouam qualitatem accipiat: isto verò actiūe, quan-  
doquidem ex ista qualitate diuinitus accepta E-  
vangelio assensum prabeat. Ergo actum à Dei Spi-  
ritu recte agere, ipsumque velle à nobis qui-  
dem esse, sed bene velle à Dō. Deinde

O 4

dicunt

dicunt examinandum: num hinc sequatur volū-  
tatem nostram moueri à Deo violentia impulsionē,  
neque secundūm naturā proprietatem libere agent  
sed homines in truncos & lapides conuerti? Auctū  
Remonstrantes. Negant nostri: arbitramur enim  
non aboleri voluntatem nostram, Deo in ipsam  
effundente suam gratiam, quo minus verè volun-  
tas sit, sed nouam creari, non ut voluntas eſe inci-  
piat, sed vertatur ex mala in bonam, ex nolenti  
volentem. Itaque id quod creat a natura est inte-  
grum manere, corrigi quod corrupta erat.

Respođent Leydenses: Quæritur an Deus vol-  
luntatem ex nolente faciat volentem irresistibili  
potentia, an relictā voluntati libertate non volendi  
aut nolēdi. si prius eligant, duas coactionis proprie-  
tates istic reperire est, scilicet primō necessitatem,  
qua ita ad actum suum determinatur voluntas,  
ut non posſit oppositum, quæ cum libertate proprie-  
dicta pugnat; Secundō necessitatem coactionis,  
qua cum ipsa voluntatis spontanea inclinatione in  
obiectum pugnat, & non solum libertatem ad op-  
posita, sed ipsam voluntatis essentiam tollit, cum co-  
tra naturam appetitus sit ferri in obiectum coacte,  
hoc est, contra naturalem inclinationem. Quod si  
ea quam Contra-Remonstrantes vrgent ratione  
Deus hominem conuertat, nullum nos discriminē vi-  
dere ingenuè fatemur inter hominis & truncī vi-  
uificationem. Cum enim in homine quan-  
tumvis voluntate pradito ita operetur ex  
ipsorum placitis Deus, ut non posſit non volun-

tas agere id quod agit, & sola conuersionis causa sit Spiritus gratia, non cooperante voluntate & hac ex innato principio reluctans Spiritui, ad obedientiam tamen potentia cui resisti nequit flectatur, ita quidem ut causa istius actus dici non possit, certe non alium hunc esse agendi modum censemus, quam si ex lapidibus filios Abraha esset facturus Deus, aut ex limo terra Adamum, aut si contra naturalem inclinationem molem aliquam saxeam sursum attolleret.

Ad extremum queritur (aiunt VValachri) utrum sola Spiritus efficax gratia sit fidei & regenerationis causa, an etiam voluntas hominis. Hoc Remonstrantibus placet illud verò nostris. Illi enim ad nos alibi his verbis rsi: Videntur, inquit, sentire fratres ipsam fidem non esse voluntatis. sed Dei opus, rogamus igitur quis credat? Si homo est, ergo opus voluntatis, si huius opus, ergo proxima causa voluntatis. Ex aduerso nostri, velle quidem hominie seu natura, sed bene velle, cuiusmodi est fides, solim esse gratia. Leydenses admittunt discrimen & Contra-Remonstrantes sibi contradicere arguunt.

## DE PERSEVERANTIA SANCTORVM.

VV Alachri suam ponunt sententiam sic:  
Nostrи fatentur quidem eos qui Christo  
vera fide insiti sunt, & viuiscente Spiritu praditi,

• 5

in

in grauiissima peccata prolabi posse, vsq; adeo plurima Spiritus sancti xpionata amittant, nihilque sibi de proprijs viribus polliceri possint: sed iam neque prorsus, neque finaliter omni Dei gratia fide iustificante excidere: eorum enim salutem in immutabili Dei amore fundatam & filij Dei piosissimo λύτρῳ suffultam eiusdemque perpetuam cessione communitatem esse, ac proinde super incertitudine non cruciari animo, sed ab inhabitate Dei Spirtu certiores fieri, eum qui caput & fidei, & regenerationis bonum bonum opus, vsq; ad diem Domini nostri Iesu Christi, & exoptatissima gratia consecrationem perfectarum esse. Inde queruntur: num haec distinctio usurpari possit, Dei filios sui respectu excidere fide, & regeneratione posse, non posse immutabilis Dei consilij & amoris intentu. Affirmant (inquit) nostri, Remonstranti negant.

Leydenles sententiam suam sic aperiunt: Respondemus distinguendo inter certitudinem salute, & Dei erga nos favore pro statu praesenti, & pro statu futuro. Pro statu praesenti, sicut quemlibet verè fidem de fidei sue integritate certo persuasi esse posse. & debere credimus; ita & de salutifera Dei erga ipsum benevolentia certum quoque esse. & debere indicamus, nisi promissis Euangelicis diffidere, & de apertissimis Dei oraculis dubitare sustineat. Pro statu futuro certitudo vel absoluta sit necesse est, nulli innitens conditioni ab homi

ne præstanda qualem dari negamus, vel conditio-  
nali pari semper cum ipsa perseveratione passus  
vadens, qua qui certus est de salute etiam in tem-  
pus futurum, siquidem in fide & pietatis studijs per-  
seueret. Vtrum verò certus esse possit, se persevera-  
turum in fide non dixerimus, immo de hoc dubitare  
& laudabile militi Christiano, & ad excitandum  
veternum & torporem anima in religio-  
nis negotio perquam utile arbitramur. Sola  
bat illi sufficerat certitudo, qua scit nec De-  
um, nec sufficiens Dei auxilium illi defutu-  
rum vñquam, modo suis ipse non desit par-  
tibus, & peccato vñtas manus vitro dare re-  
lit.

Hæc de quinque capitibus. Post quorum propositionem ita Vvalachri: Neque in obscu-  
ro est, Remonstrantes quamplurimos prater hec  
quæ recitauimus controversiarum Capita, longè  
plura intus alere, quibus ab Ecclesiarum Reforma-  
tarum confessione abeunt ut cunq; se huic herero  
simulent, adeo q; si in quinque illis controversiis  
ratio aliqua compositionis iniri possit; in tuto pacem  
Ecclesia futuram esse diclent. Negant, vt vide-  
tur, serio id Leydenses, & ad argumenta qui-  
bus Vvalachri hæc suam suspicionem proba-  
re conantur, ita respondent, vt tandem con-  
cludant hoc modo: Quare ( vt responsio-  
nis nostra numeros in summam contraba-  
mus) ea nobis post quinque compertas Controversias  
dogma-

dogmata impingunt Fratres, quæ vel Remonstrantium non sunt: vel si sint, cum Confessione reformatarum Ecclesiarum nō pugnant: vel, quæ si falla forent, nec directè tamen nec indirectè fidei salvifica compagem luxant: vel, qui incerti sunt & anonymi authoris, vel quæ ad librā veritatis dependentur, verissima esse comperiuntur. Deinde subiiciunt, esse quoq<sub>z</sub> ea Contra-Remonstrantium nonnullorum, vel eorum qui Contra-Remonstrantium partes tuentur pronuntiata, quæ partim à Catholicæ Ecclesiæ sententia, partim à Catechismo Palatino, & Confessione Belgicarum Ecclesiarū tot Martyrum sanguine confirmata abeuntia, partim nouitate sua suspecta, partim in De gloriam contumeliosa, & pietati noxia, scriptis publicis apud nostrates ventilantur, & non solumq<sub>z</sub> Magistratus, sed etiam optimi ferè cuiusq<sub>z</sub> animos ipsis adimunt, quin & extra Ecclesiam possitos non parum offendunt, & doctrinam Reformatorum odiosissimè insectandi ansam nulli non pribent. Ea ad hæc capita reuocabimus: De Reprobatione circa prævisionem peccati, etiā infantū. de Creatione hominum ad interitum, Lapsu primorum parentum, Scriptura, & Formularum fidei auctoritate, Prouidetia diuina in malis actionibus, Pœnitentia, Causa infidelitatis, Iustificatione per fidē, Fidelium peccatis, Magistratus circa sacra auctoritate, Hæreticidio, Moderatione adhibenda in rebus Theologicis, Articulorum inter nos, & Contra-Remonstrantes de Prædestinatione & annexis controversorum necessitate.

Quic-

Quicquid de his sit, cum ex narratione  
huius dissidij, quam parte prima fecimus, vt  
cunque innotescant, nolo in iis esse curiosior  
de modo conciliandi potius cogitandum est,  
sat turbarum dederunt quinque ista capita.

Dubitaui hic mecum aliquantulum num  
vel ad concordiam partium, vel ad lectoris  
utilitatem expediens foret, si singula harum  
quaestionum capita (prout ab exteris, sed re-  
ligioni suae studiosis petiuerant tunc Vvala-  
chri Contra Remonstrantes, tunc Leyden-  
ses Remonstrantes) ad Sacrae scripturæ li-  
mam & rectæ rationis dictamen rouocata  
diligenter examinarem, quibusnam in pun-  
ctis à veritate & quoq; recedant, expone-  
rem, quid in iis tolerari, quid non possit ar-  
bitraria sententia pronunciarem. Verùm cū  
illud tantæ esse operæ intelligerem, vt libel-  
li huius (quæ, vt pluribus seruiat, quām bre-  
uissimum esse volo) moles nimium inde au-  
genda foret: cum item disputationes istæ nō  
nisi ab iis, qui non mediocrem & philosophiq;  
& Theologiq; cognitionem percepérunt, in-  
telligi possint: qui autem tales sunt, facile si-  
bi ea quæ à nostris Doctoribus exactè satis &  
prolixè de hac materia differuntur, ea quoq;  
quæ tunc contra Pelagium, Faustum, & Cas-  
sianum seu Massilienses, qui naturalibus ar-  
bitrij nostri viribus nimium tribuebant, tū  
contra Manichæos, qui libertatem arbitrij  
negan-

negantes homines malos natura, non electio  
ne tales esse asserebant, Sancti, Augustinus,  
Prosper, Fulgentius alijque Patres iam olim  
summa diligentia disputatione; cū inquā, ha  
sibi comparare ij qui sapientiae fructum indi  
sperant; facile possint, superuacaneum fore in  
hac re labore meum credidi. Hoc solum ad  
moneo ut tam Remonstrantes quam Contr  
Remonstrantes iuxta sacræ Scripturæ regu  
lam in hisce tam varijs quæstionibus etiam  
hanc vnam sereno iudicio pro salute sua di  
guntur examinare; Num scilicet passioni Dñi  
nostrri Pater æternus derogare dici deberet,  
si ob meritū vnus solius istius passionis con  
ferret in hac vita hominibus tā nobilia, tā su  
pernaturalia, tam diuina charismata, vt per  
illa ita in nouas creaturas regenerarētur, ita  
iusti constituerentur, vt exuto veteri Adamo  
nō minus & in anima & in operatione eslettin  
oculis Dei recti, quām ante lapsum suū Ad  
per originalem iustitiam rectus fuit, n(i.e.  
quam) per hæc eadem dona efficerentur diuini  
confortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo ej  
concupiscentia corruptionem, vt & arbor se  
homo & fructus eius seu operatio coram tri  
bunali Dei iudicari possint vera bona, hoc est  
alia, quæ æquiualeant non inferni æter  
nis cruciatibus, non etiam vanis huius  
mundi vanitatibus, quæ ab Apostolo astu  
mantur vt stercore, sed alijs æternū duratur  
& su

2. Pet. 1. 4

& supernaturalibus bonis. Tum si ( ut confido futurum ) iudicauerint, per huiuscmodi Patris dispensationem nihil merito sui Filij incommodari, sed potius eundem Filium aliqua retributionis mercede honorari; inquirant ulterius, nū in eiusdem passionis Christi ignominiam cederet, si Pater cum iisdem hominibus iam per praedicta charismata Filio suo incorporatis & per eius Spiritum clamabitibus ad se Abba Pater, paciferetur daturum se iphis æternam in caelo beatitudinem non solum tanquam Filij sui cohæredibus, sed etiam tanquam ministris ac seruis suis cuique Filij fidelibus, hoc est, non tantum titulo hereditatis ( quo solo datur parvulis lauacro regenerationis ab originali culpa expiatis ) sed etiam titulo mercedis pro praedictis operum fructibus, si nimirum huiuscmodi opera ad sui ( hoc est Dei ) honorem & gloriam & in seipsis & in alijs hominibus promouendam exerceant. Ita tamen ut scire ipsi debeant, bonum istum operum fructum non posse se villa ratione præstare, nisi ab actuali diuini spiritus motione ad id excitentur in eoque dirigatur & moueatur: hāc porro diuini Spiritus assistētiā cōterēdā sibi esse nō nisi ob meritū solius Christi. Quod si hic iterū ( ut spero ) cōopererint huiuscmodi patētū & sacrę scripturę admodū esse cōfertaneū, & passioni Dominicę tātō honorificentius

quanto

R. 12. 13.  
Ep. Gal. 3. 2  
6.

quantò maioris arguitur esse virtutis & sapientiae filios aut fratres non tantum scribere regni cohæredes, sed etiam reipsa efficaciter operatione coronâ & regno sistere dignos, ita ut de ipsis in veritate dici possit: *Hi vicerunt*

*Hebr. 11. regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt repromis  
33. Sap. 3. s̄iones. Quoniam Deus tentauit eos & inuenit illos dignos se.*

Facilè intelligent (in quo vtrig id est, tām Remonstrantes, quām Cōtra-Remonstrantes à Catholicæ Ecclesiæ doctrina in hac materia adhuc discrepant) inter prædestinationis effectus seu media ad eius executionem ab æterno à Deo ordinata adnumerari posse & debere huiusmodi gratiam quæ ad prædestinatum finem ordinetur tanquam meritum ad præmium seu mercedē. Quam gratiam si Contra-Remonstrates admitterent, etiam arbitrij libertatem in bonorum operum fructibus proferendis fateri vtique se oportere intelligerent, ita nimirū ut voluntas humana à Dei gratia non contranaturam violenter torqueatur, sed à peccati corruptione sanata supra naturam suauī cum iubilo eleuetur. Nam vbi voluntas electio ne libera non operatur, ibi nec laudis, nec vītuperij adeoque nec mercedis aut præmij ratio seruari potest. His terminis inclusa stat apud Catholicos omnis de prædestinatione eiusque annexis disputatio: ut videlicet homini quod ad salutem consequendam faciat

ciat ex solis naturæ viribus nihil omnino  
tribuatur, Diuinæ quoque gratiæ talis ad-  
scribatur efficacia, quæ arbitrij libertatem  
non tollat è medio, sed ad ea præstâda opera  
confirmet & roboret; propter quæ in futuro  
post hanc vitâ iudicio iustâ iudicis sententia  
prædestinatum sibi finem possit obtinere; in  
ea nimirum formula quam iudex ipse serua-  
turum se prædixit Matt. 25. 34. *Venite benedi-  
cti Patris mei; possidete paratum (i.e. prædestinatū)  
vobis regnū à constitutione mundi.* Possidete, in-  
quam, non solum quia viua mei corporis &  
meo spiritu regenerata estis membra; sed etiam  
ob aliam causam: Quænam ista? *Esuriui enim,  
& dedistis mihi manducare, sitiui &c.* verbo di-  
co: ea opera, pro quib. Deus promisit Abrahæ  
*Ego(ero) merces tua magna nimis.* & Iudex A-  
postolis suis: *cū maledixerint vobis homines &c.*  
*gaudete & exultate, quoniam merces vestra copi-  
osa est in celis.* Hæc inquam, velim tranquillo  
& pacato à passionibus animo perpendant  
Remonstrantium & Contra-Remonstrantium  
singuli. In hos enim limites si intrauerint, nō  
erit tam periculosa, vt nunc est, inter eos dis-  
fensio. Salua enim arbitrij libertate ac bono-  
rum operum pretio, de obiecto aut ordine  
prædestinationis error intolerabilis non  
facile incurritur: dummodo nihil tri-  
buatur naturæ soli, sed totum gratiæ.

P

Quod

*Gen. 15.1**Mat. 5.12*

Quod enim nonnulli ex Remonstrantibus  
Aduersariorum suorum de prædestinatione  
crudas sententias easdem esse dicunt, quasi  
ridicilli quique Papistarum & Inquisitionis  
Hispanicæ præfecti defendunt: quasi & in  
nos Catholicos æquè sit periculosa de præde  
stinatione disputatio, atque est inter ipsos  
Hoc (vt & multa alia) ideo solum dicunt, ut  
Hispanici & papistici nominis inuidia in ad  
uersarios suos possint deriuare. Nam cum  
negari non possit, Deum, si voluisset, ita huic  
mundum administrare, ita gratiæ suæ thesa  
rum aperire potuisse, vt multo plures homi  
nes fidem, pænitentiam, & quicquid condi  
tionum in Dei mente ad prædestinationem re  
quiratur, re ipsa fuissent accepturi, adeoque  
prædestinationis, non minus quam iij quinque  
ea donati sunt, capaces, ab æterno potuerint  
præuideri; Nec tamen ita Deus iustus & Mi  
sericors, hoc facere voluerit: Certe, quo  
præcisè prædestinationis attinet ordinem  
nulla est ratio, cur Remonstrantes ex absolu  
singulorum saluandorum prædestinatione  
quipiam absurdum putent inferri posse, quo  
non etiam ex ipsorummet sententia deduc  
queat. Quid enim respondebunt si quis ex ip  
sis querat, cur Deus Tyrijs & Sydonijs no  
ostenderit ea signa, quibus testatur veritas  
**Matth. 11. v. 21.** eos fuisse conuertendos & in  
nere ac cilicio pænitentiam acturos? Si ipsis, vt  
multo

multis adhuc hodierna die infidelibus huiusmodi media consequendæ pænitentiæ Deus in tertio suo, quod ponūt Remonstrâtes, decreto conferre statuisset; vtique in quarto decreto, prædestinatōrum libro simul cum alijs ascribere eos potuisset. Cur tot paruulis gentilium, tot adultis non offert ea salutis remēdia, quibus nos cum Iudæis obdurati frequenter abutimur, ipsi autē ad salutē omnino vsuri fuissent? Nūquid quia *cuius ipse vult, miseretur*, adeoq; decreto absoluto cōgrua salutis media cui vult attribuit, cui nō vult, nō trubuit, quantūvis sufficiētia de omnibus? Quid ergo interest, siue ideo dare mihi Deus salutis media cōgrua decreuerit, quia prius ad salutē ipsā absolutē me elegit; siue ideo ad salutem me elegerit, quia cōditionem ad electionem requisitam ipse mihi absoluto etiam decreto prius tribuit? Sicut enim præter eos qui absoluto decreto ad salutem sunt electi, alias nemō de facto eam consecuturus est, ita nec præter eos, quos congrua gratia donare Deus absoluto decreto statuit, alias quisquā prædestinatione aut salute de facto gauisurus est. Nihil ergo ex prædestinationis ordine quoad diuinam bonitatem aut nostram necessitatē oriri potest discriminis. Verum hic tota recidit difficultas, ne quis vel per absolutū Dei decretū libertatē nostram tolli extimet, vel media saluti nostræ de facto profutura nō omnino gratis sed ob dispositionē nostrana decerni nobis credat.

Ex

Ex quibus & tertium infertur nō minus diligenter attendendum: Nimirum Reprobos nō fatali quadam necessitate aut irresistibili corruptionis impetu, vt grauia solent deorsum ita in peccatum & consequenter in æternam damnationē ruere. Sed tantū habere gratuito sibi oblatū Dei auxiliū, quo præcepta sibi Deo posita siue mediatè siue immediate sint potētes adimplere; atq; adeo peccata quæcumque deuitare, & hoc faciendo vitam æternam obtainere. Hæc tria apud Catholicos tenentur respectiuc omnes, qui conciliare simul ea nō possunt, captiuo in obsequium fidei intellectu credere. Quoniam vero modo conciliari commodius possint, fraternitatis communione salua, Doctoribus non autem rudi populo disputari permittitur; Faciuntque id Doctores nostri tantò modestius, quantò sua sciunt dogmata non à semetipsis sed ab alio, quem omnes agnoscunt, iudice, vbi opus fuerit aut Ecclesiæ vtile, siue approbanda siue reiectenda & damnanda esse. Porro euitatis predictis scopulis & libertate arbitrij salua, facile apparet, hominem, si in peccatum ruat, habere cur sibi, non autem Deo aut fato cuiquam lapsum suum imputet, adeoque quod puniri ob peccatum illud ita libera voluntate commissum debeat. Nam certè si ita necessario homo in peccatum rueret, vt Contra-

tra- Remonstrantes docent, omnino peccatū illud ita commissum, peccatum non esse dicēdum adeoque nec pæna multandum existimo. Quis enim ob id puniri debeat quod vitare aut corrigere non potest?

Verum frustra fortassis, hanc ego Reformati nostris nimium iam dudum exosam Catholicæ Ecclesiæ doctrinam pro conciliandis vtrimeque animis suggero, præsertim cum non raro plerique eorum & rationes has nostras cōtempserint, & S. Scripturæ testimonia sinistra interpretatione violarint. Itaque de alio ineundæ concordiæ remedio cogitandum : tali scilicet, quod in omnem euentum efficax, nec per cauillum valeat eludi, nec per contumaciam impunè contemni.

